

præ paupertate, aut alia ratione. Quia est votum abolutum, & perfectæ castitatis. Quod probavi *ca. disp. 11. n. 10. junctio nu. 12.* & ultra Doctores ibi allegatos tenet Sayro in *clavi regia, lib. 6. c. 11. n. 53.* Et idem dicendum est, si hoc votum esse metu emissum, quando incussus est per injuriam ad illud extorquendum: juxta dicta *nu. 31.*

58 Hæc autem Episcopi dispensatio ob eam urgentem necessitatem, solum potest esse ad petendum, & reddendum debitum in eo matrimonio. Quia ad hoc solum necessitas urget. Quare conjux hic fornicans, aut eo matrimonio solum ad aliud transiens, erit reus voti. At si solum eo matrimonio adhaerere urgens dispensandi necessitas aut conjux superfluit ad alias nuptias transeat, nec sit aditus ad Pontificem, nec ad alium dispensandi privilegium habentem, poterit ad id iterum Episcopus dispensare. Quæ probavi *eodem dispensat. 11. numero 11. & 12.* Et ultra Doctores ibi citatos, priorem partem tenet etiam Sayro *cod. cap. 11. num. 53.* & utraque constat ex dictis in *hoc c. 34. & 38. & 40.*

59 Quod si de facto conjux superfluit solum eo matrimonio, abique aliqua dispensatione, ad aliud transeat, & tenebitur non petere debitum, instar ejus, qui voto castitatis ligatus matrimonio init. At tunc poterit Episcopus dispensare ad petendum debitum. Quia respectu hujus posterioris matrimonii se habet instar ejus, qui post castitatis votum ad nuptias transeat. In quo casu posse Episcopum ad hoc dispensare, dicemus *num. 63.*

60 Dupliciter tamen limitandum est, ut nequeat in voto castitatis mutuo consensu per modum contractus emisso, Episcopus dispensare. Præ, ut intelligatur, quando est nulla exceptio in eo voto posita. Si enim aliquis casus exciperetur, non esset votum omnimodæ castitatis, & ita posset Episcopus dispensare. Ut si conjuges per modum contractus vovissent castitatem, hac lege, ut si soboles tunc habita viderent, possent uti matrimonio. At si ab initio promitterent eam castitatem, si haberent prolem, est sic distinguendum. Si illa dictio, *si*, æquivaleret dictioni, *quando*, ut sensus sit, *ex tunc habita prole promittimus continentiam*, nequit Episcopus dispensare, nec ad petendum, nec ad reddendum ex tempore habita prole, nisi in casu explicato *nu. 57.* Quia ex eo tempore est absolutum castitatis votum. Si autem sensus esset verè conditionalis, id est, *si Deus id in nos beneficium contulerit, ut habeamus prolem promittimus castitatem*: tunc dicendum est de hoc voto, sicut dicemus de dispensatione voti conditionalis reservati in *hoc eodem capite.* Quæ probavi *eodem dispensat. num. 13.* Similiter posset Episcopus dispensare in eo voto, quando esset solum continentia ad tempus, juxta dicta *nu. 48.*

61 Poterit, nisi conjuges illi, qui per modum contractus vovissent castitatem, remittant sibi ipsi renuntiationem illam juris petendi, & reddendi, quam vovendo fecerant, conferendo sibi iterum mutuum corporum potestatem. Quippe tunc valet prædicta remissio, etsi sit sacrilega contra votum, & tenebitur uterque debitum alteri petenti reddere. Quare poterit tunc Episcopus dispensare ad petendum debitum solum, etsi facilis ad Pontificem aditus sit. Juxta dicenda *num. 63.* Quæ omnia probavi *ca. disp. 11. num. ultimo.*

62 Hactenus diximus, quando votum castitatis sequitur matrimonium jam initum: superest explicandum, quando ante matrimonium emittitur. De qua re egi *lib. 8. de matrimonio, disp. 12. à num. 2. usque ad 9.* Quia in re consultat non posse Episcopum omnino in eo voto dispensare: sicut nec ante matrimonium poterit. Sola est controversia, an post dispensationem ad petendum debitum. Quidam negant posse, nisi quando non est aditus ad Pontificem præ paupertate, vel alia causa, aut ad eum, qui ex privilegio Pontifici potest dispensare, aut est periculum in mora. Quos & eorum fundamentum retuli *ca. disp. 12. num. 2. & 3.* & ultra Doctores ibi citatos tenet Sayro in *clavi regia, lib. 6. c. 11. num. 53.* explicans, siue matrimonium sit consummatum, siue non. Et idem videtur tenere loquens in utroque casu, *Leonardus lib. 2. de justit. cap. 40. dub. 13. numero 106.*

63 Sed multo probabilius est posse Episcopum dispensare ad petendum debitum, siue consummatum, siue nondum consummatum matrimonium sit: & etiam priori bimeliteri post initum, nec consummatum matrimonium, vel si cum ipse vovens sit innocens, alter conjux sit adulter, & etiam quamvis ad matrimonium transisset animo ingrediendi religionem, & quamvis ipse Pontifex, aut alius habens privilegium dispensandi, posset facile adiri. Cujus ratio est consuetudo legitime præscripta, quæ obtinuit posse Episcopum in hac debiti petitione dispensare. Cum autem hac dispensatio sit ad solum petendum debitum, remanet obligatio voti quod ad abstinendum à venereis extra id matrimonium, & ab alio incedendo post illud. Quod si aliud posset iniret, opus esset nova petendi debiti impetranda ab Episcopo dispensatione. Quia sicut prior non extendebatur ad aliud matrimonium incedendum, ita nec ad ejus usum, si iniret. Quæ omnia late probavi, & adduxi Auctores *ca. disp. 12. à nu. 3. usque ad 9.*

64 Tandem si voto religionis adstrictus matrimonium iniret, nec id consummaret, aut illud votum emittat matrimonio inito, nondum tamen consummatum, nequit Episcopus dispensare, siue ad petendum, siue ad reddendum. Quod bene docet *Suarez 4. d. 38. quæst. 2. art. 1. column. 7. vers. Quid autem remanet.* Ratio est aperta, quia cum tunc possit implere votum ingrediendi religionem, tenetur ad id. Quod semel consummatum matrimonio impediretur. Atque ob eandem rationem est idem profusus dicendum, quod ob aliterius conjugis delictum potest id votum licite implere. Quia tunc obligat.

65 Septimo deditur, non posse Episcopum dispensare in voto virginatis servandæ, nisi expressè voluerit votens se ad castitatem obligare, sed ad solum corporis integritatem servandam, consistentem in abstinentia à primo luxurie acta, per quem virginitas deperditur. Quia quando hæc expressa intentio non reperitur, est votum castitatis. Ut supra diximus. Et ita tradunt *Azor, tom. 1. infir. moral. lib. 11. cap. 19. quæst. 14. Leonardus lib. 2. de justitia, cap. 40. dub. 13. numero 105. Sayro in clavi regia, lib. sexto cap. 11. à numero 55.*

66 Octavo deditur, posse Episcopum dispensare in voto non incedendi matrimonii. Quia est solum partis castitatis votum. Quod probavi *lib. 8. de matrimonio, disp. 9. num. 11.* contra alios, quos ibi *num. 10.* retuli. Et ultra Doctores *eo num. 11.* relatos, *videtur* tenent *Leonardus eodem nu. 105. Sayro eo c. 11. num. 47. Petrus de Ledefina 2. tomo summe, tractatu 10. c. 7. dubio ult. dicto 1. vers. La 2. parte, Sayro in clavi regia, lib. 6. c. 11. nu. 63. Azor, tom. 1. infir. mor. lib. 11. c. 13. q. 8. Leonardus eod. dub. 13. num. 105. & 6.*

67 Decimo deditur, si quis promittit non tantum religionem, sed perseverantiam in illa, quamvis Pontifici referatur dispensatio circa ingressum, posse Episcopum dispensare circa perseverantiam: & ita ut possit hic tempore novitatus exire, si expertus religionis austeritates, iusta causa ad non perseverandum ducatur. Quia votum perseverandi est virtute diversum à voto religionis. Hoc enim obligat ad ingressum, & perseverandum, nisi vovens iusta causa exeat, ut quod nequeat religionis austeritates ferre. Illud vero obligat in omni euentu ad perseverantiam. Nec tunc in voto religionis dispensatur, sed in qualitate adjuncta, quæ nullibi reservatur. Præterea, quia sub opinione est, an id votum obliget præcisè ad perseverantiam, an potius liceat exire ex iusta causa tempore novitatus, sicut quando est votum solum religionis, ut *c. 16. vidimus.* Et ita succedit regula tradita *num. 26.* ut possit Episcopus dispensare. Et ita tenet *Hoffm. in summa, tit. de voto, numer. 6. in fine.* Nec refert, an hic ingressus sit iam religionem, aut ab illa exierit. Potest enim Episcopus dispensare ante ingressum, non in ingredi teneatur, sed ne teneatur ad perseverandum, si iusta egressus causa sit. Et similiter post exitum, si iusta causa duxerit exire, potest dispensare, ne teneatur iterum ingredi. Quia iam ille fatiscit voto religionis, & si eo solo ligatus esset, non teneretur iterum ingredi: ad iteratum autem ingressum est solo perseverantia voto reductus in quo Episcopus dispensare potest. Si vero abque causa iusta exierit, nequit Episcopus dispensare, ne iterum ingrediatur. Quod nondum est satisfecit voto religionis, & ideo esset dispensare in illo. Nec refert ad prædictam Episcopi facultatem circa id votum, siue factum sit per modum plurium, ut *votum religionem, & perseverare in illa*, siue per modum unius, ut *votum perseverantiam in religione.* Quia etiam in hoc posteriori modo clauditur virtute duplex votum.

68 Decimo deditur, quod dicendum sit de potestate Episcopi circa dilationem executionis votorum referatorum. Ut si quis promittit ingressum religionis intra annum, & adit iusta causa differendi amplius. *Suarez 2. tomo de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 6. num. 11. & 12.* negat hanc facultatem Episcopi, nisi ex causa superveniente non esset aditus ad Pontificem intra præscriptum votum votum tempus. Id probat primo, quia ita habet consuetudo, quæ est optima legum interpretes. Secundo, quia talis circumstantia multum attingit substantiam: differt enim totam voti observationem pro aliquo tempore. Tertio, quia similibus dispensationibus multiplicatis, licet succederet concessio, posset totum votum frustrari. Nam si prima valuit per annum, etiam valeret secunda perseverante causa, & sic deinceps. Facile etiam post talem dilationem contingunt mutationes, quæ omnino impediunt statum religionis. Admittit autem dispensationem Episcopi, in solo prædicto accessitatis casu. Quia hæc potestas est necessaria in Episcopis ad ordinariam gubernationem; cum casus similibus necessitatibus frequenter occurrant. Quod si interdum contingat, vel ex dilatione reddi impossibilibus voti executionem pro alio tempore, vel si impedimentum adveniit Pontificis fit perpetuum, tunc habebit locum (inquit) dispensatio in illo voto, prout causa postulat. Atque idem significant *Angles floribus 2. parte quæst. unica de voto, art. 8. diffinitio 9. conclusio 4. & Sayro in clavi regia, in lib. 6. c. 11. num. 66.* ubi dicitur posse Episcopum declarare differendam executionem horum votorum ob iustas causas, non solum instar privati Doctoris, sed declaratione authentica jurisdictionem spirituales exigente. At probabilis existimo posse Episcopum ordinaria potestate dispensare in hac dilatione, dummodo votum non adeo differatur, ut sit periculum in eum statum incipiendi, ut vovens reddatur impotens ad votum implendum. Quod hoc non sit dispensare in substantia voti reservati, sed in ejus qualitate. Nec minus attingit substantia religionis, quando promittitur iterum spiritior, & dispensat Episcopus ad laxiorem; propterea posse dispensare diximus *nu. 74.* quam dum in solo executionis tempore dispensat, imò magis videtur attingere, siquidem tota religio promissa mutatur; in nostro autem casu solum tempus. Præterea, quia esto

73 Decimoquarto deditur, non posse Episcopum dispensare in voto ingrediendi religionem equitum ordinis militaris D. Joannis, sicut de aliis ordinibus eorum. Quia ille est vera religio, in qua tria vota solemniter emittuntur. Hi autem an sint vere religiones, valde controversum est: & licet ego existimem esse veras religiones, satis est id esse sub opinione, ut possit Episcopus dispensare. Juxta regulam *nu. 26.* traditam. Et ita defendi contra alios *libro 8. de matr. disp. 9. nu. 16.*

74 Decimoquinto deditur, posse Episcopum dispensare in qualitate adjuncta substantia voti religionis. Ut cum promittente ingredi in religionem strictiorem, ad laxiorem ingrediatur. Quia id non est dispensare in voto reservato, sed in quadam ejus circumstantia. Quod probavi contra alios, *eodem disp. 9. nu. 17.* & ultra Doctores ibi relatos, tenent idem *Manuel 2. tomo summe cap. 89. num. 4. & 9. regularius, tomo 1. quæst. 2. art. 6. Enriquez lib. 7. de indulgentiis, c. 22. num. 7. Petrus de Ledefina 2. tomo summe, tractatu 10. c. 7. dubio ult. dicto 1. vers. La 2. parte, Sayro in clavi regia, lib. 6. c. 11. nu. 63. Azor, tom. 1. infir. mor. lib. 11. c. 13. q. 8. Leonardus eod. dub. 13. num. 105. & 6.*

75 Decimosexto deditur, si quis promittit non tantum religionem, sed perseverantiam in illa, quamvis Pontifici referatur dispensatio circa ingressum, posse Episcopum dispensare circa perseverantiam: & ita ut possit hic tempore novitatus exire, si expertus religionis austeritates, iusta causa ad non perseverandum ducatur. Quia votum perseverandi est virtute diversum à voto religionis. Hoc enim obligat ad ingressum, & perseverandum, nisi vovens iusta causa exeat, ut quod nequeat religionis austeritates ferre. Illud vero obligat in omni euentu ad perseverantiam. Nec tunc in voto religionis dispensatur, sed in qualitate adjuncta, quæ nullibi reservatur. Præterea, quia sub opinione est, an id votum obliget præcisè ad perseverantiam, an potius liceat exire ex iusta causa tempore novitatus, sicut quando est votum solum religionis, ut *c. 16. vidimus.* Et ita succedit regula tradita *num. 26.* ut possit Episcopus dispensare. Et ita tenet *Hoffm. in summa, tit. de voto, numer. 6. in fine.* Nec refert, an hic ingressus sit iam religionem, aut ab illa exierit. Potest enim Episcopus dispensare ante ingressum, non in ingredi teneatur, sed ne teneatur ad perseverandum, si iusta egressus causa sit. Et similiter post exitum, si iusta causa duxerit exire, potest dispensare, ne teneatur iterum ingredi. Quia iam ille fatiscit voto religionis, & si eo solo ligatus esset, non teneretur iterum ingredi: ad iteratum autem ingressum est solo perseverantia voto reductus in quo Episcopus dispensare potest. Si vero abque causa iusta exierit, nequit Episcopus dispensare, ne iterum ingrediatur. Quod nondum est satisfecit voto religionis, & ideo esset dispensare in illo. Nec refert ad prædictam Episcopi facultatem circa id votum, siue factum sit per modum plurium, ut *votum religionem, & perseverare in illa*, siue per modum unius, ut *votum perseverantiam in religione.* Quia etiam in hoc posteriori modo clauditur virtute duplex votum.

76 Decimo septimo deditur, quod dicendum sit de potestate Episcopi circa dilationem executionis votorum referatorum. Ut si quis promittit ingressum religionis intra annum, & adit iusta causa differendi amplius. *Suarez 2. tomo de religione, tractatu de voto, lib. 6. c. 6. num. 11. & 12.* negat hanc facultatem Episcopi, nisi ex causa superveniente non esset aditus ad Pontificem intra præscriptum votum votum tempus. Id probat primo, quia ita habet consuetudo, quæ est optima legum interpretes. Secundo, quia talis circumstantia multum attingit substantiam: differt enim totam voti observationem pro aliquo tempore. Tertio, quia similibus dispensationibus multiplicatis, licet succederet concessio, posset totum votum frustrari. Nam si prima valuit per annum, etiam valeret secunda perseverante causa, & sic deinceps. Facile etiam post talem dilationem contingunt mutationes, quæ omnino impediunt statum religionis. Admittit autem dispensationem Episcopi, in solo prædicto accessitatis casu. Quia hæc potestas est necessaria in Episcopis ad ordinariam gubernationem; cum casus similibus necessitatibus frequenter occurrant. Quod si interdum contingat, vel ex dilatione reddi impossibilibus voti executionem pro alio tempore, vel si impedimentum adveniit Pontificis fit perpetuum, tunc habebit locum (inquit) dispensatio in illo voto, prout causa postulat. Atque idem significant *Angles floribus 2. parte quæst. unica de voto, art. 8. diffinitio 9. conclusio 4. & Sayro in clavi regia, in lib. 6. c. 11. num. 66.* ubi dicitur posse Episcopum declarare differendam executionem horum votorum ob iustas causas, non solum instar privati Doctoris, sed declaratione authentica jurisdictionem spirituales exigente. At probabilis existimo posse Episcopum ordinaria potestate dispensare in hac dilatione, dummodo votum non adeo differatur, ut sit periculum in eum statum incipiendi, ut vovens reddatur impotens ad votum implendum. Quod hoc non sit dispensare in substantia voti reservati, sed in ejus qualitate. Nec minus attingit substantia religionis, quando promittitur iterum spiritior, & dispensat Episcopus ad laxiorem; propterea posse dispensare diximus *nu. 74.* quam dum in solo executionis tempore dispensat, imò magis videtur attingere, siquidem tota religio promissa mutatur; in nostro autem casu solum tempus. Præterea, quia esto

multum attingatur substantia voti reservati: at re vera non dispensatur in illo, sed substantia sive obligatio illa manet, quod sufficit, ne habeat locum reservatio, quæ odiosa est, & restringenda. Nec probatur conclusio contraria, & si ea esset, desideraret solum securitati, & ad tollendos scrupulos. Et hinc manent solæ quæ priores rationes contrarie. Nec obstat ultimum ratio, quia ideo limitati, dummodo non tanta sit dilatio, ut sit periculum impotentie implendi voti. Ut si opus esset dilatio tempore valde incerti, & quod moraliter potest esse diuturnum. Quæle esse pro tempore vice parentum, aut simile. At quando id potest moraliter non est, poterit Episcopus, & non semel tantum, sed iterum, & iterum, concurrenter causa iusta dispensandi.

77 Decimodavo deditur, posse Episcopum dispensare in triplicis peregrinationis reservata: voto, quando expressè vovens finis sui, non ad inveniendam ea loca, sed ad alium finem. Ut si quis promittit ire Romam ad inveniendam imaginem beatissime Virginis, vel ad osculandos Pontificis pedes; eumque recognoscendum, vel ad impetrandam alicuius peccati abolitionem ab eo. Et similiter est judicandum de aliis peregrinationibus reservatis. Consulto autem dixi, quando finis expressè vovens est diversus; nam quando ea vota absolute emittuntur nullo considerato fine, sunt reservata. Quia censetur emissis modo frequentibus, quo emitti solent: unde oportet, ut possit Episcopus dispensare, expressum vovens finem esse diversum. Ducor, quia Doctores omnes, & *extraneus Epi. Dominicæ, in 2. de panti, & remiss. ubi hæc peregrinationes reservatæ numerantur, dicitur sic: Ad visitanda Roma limina Apostolorum Petri, & Pauli, D. Jacobum Campobella, & loca sancta, Hierosolyma.* Et sic clare loquuntur de votis ex devotione prædictorum locum emissis. Secundo, quia hujusmodi votum est solum materialiter, & per accidens Romanæ peregrinationis quare illi satisfieret eundo in alium locum, ubi esset Pontifex, vel ad quem mutaretur illa imago.

78 Decimodavo deditur, posse Episcopum dispensare in qualitate hujus peregrinationibus adjuncta. Ut si quis promittit ire iterum pedibus, aut mendicando, potest Episcopus dispensare, ut equo vedatur, & portans necessarias itineris expensas. Quia non dispensandum est tunc in voto, sed in circumstantia per accidens adjuncta. Et constat ex dictis *num. 74.* & tenet *Leonardus, lib. 2. de justit. cap. 40. dub. 13. num. 105.*

79 Vigesimo deditur, votum non petenda dispensationis ab alio, quam à Romano Pontifice, non esse reservatum, & sic posse Episcopum in illo dispensare. Quippe non est ex quoque numeratis, quæ sola referuntur *diximus nu. 6.* Et tenet *Azor, tom. 1. institutio servatorum, lib. 11. c. 19. q. 15. Sayro in clavi regia, lib. 6. c. 11. nu. 67.*

80 Tandem in dubio, an votum fit referatum, necne, judicandum est in partem benigniorem, ut referatum non censetur. Sicut in aliis casibus reservatis contingit in hoc dubio. Quod constat ex dictis *nu. 26.*

S U M M A R I U M

Quid sit votum penale? Et quousque sit? Et in quo distat à conditionalibus? *num. 31.*
Utrumque votum quoddam esse vere tale, & quoddam apparen-
ter, *num. 32.*
An sit conditionalis, promittit religionem, si frater major habuerit filios, *num. 33.* Et ibi, an sit quantumque conditionalis, si pater obierit?
Quid, si sit conditio, nisi frater abque filiis moriatur? *num. 34.*
Conditio quoddam est de presenti, aut præterito; quoddam de futuro; & quoddam tacite inest, quoddam tacite non inest, *num. 35.* Et ibi declaratur, quando explicatur eo modo, quo inest.
Conditio alia est necessaria; alia contingens, *nu. 36.*
Quando vota reservata sunt absoluta, licet tanquam conditionalia, & in penam, vel ad evitandum deducunt, an possit Episcopus dispensare? *nu. 37.*
Quid, quando conditio voti penalis, est de presenti, aut præterito? *num. 38.*
Quid, quando conditio est de futuro? Reservat duplex sententia, *num. 39.* & 40.
Explicatur sententia Auctoris, *num. 41.*
Quid, si in eo voto penali apponatur poena per modum medicinæ, aut in gratiarum actionem rei comparanda? *nu. 42.*
Quando votum est solum apparenter conditionalis, an possit Episcopus dispensare, si est rei reservata? *nu. 43.*
Quid, quando conditio tacite inest? *nu. 44.*
Quid, quando est contingens, & de futuro? Reservat duplex sententia, *nu. 45.*
Explicatur sententia Auctoris, *nu. 46.*
Solentur contraria eo *nu. 49.*

81 Quæstio ultima. An Episcopus dispensare possit in votis penalis, & conditionalibus rei reservata. Duplex perit difficultas, prior de votis penalis; posterior de conditionalibus; Et ad utramque præmittendum est

est primo, votum penale esse, quoties votens minimè est affectus ad rem sub pena in voto promissam, & illam sub conditione aliqua sibi in penam proponit, ut ejus incurrendo timore arceatur a crimine, quod cavere optat. Potestque dupliciter fieri, priori modo, quando utrumque sub voto elaudatur, nempe, vitatio ejus peccati, & solutio peccati eo non vitato. Ut si quis promittat se non iulurum, sub pena religionis, vel addendo, *et si iuluro, ingrediatur religionem*. Posteriori modo, quando votum est de sola pena, & res vitanda ponitur in conditione. Ut promittat religionem, *si iuluro*. Quod quidem est verum votum penale, quando animus votens sub hac posteriori forma est, non ex affectu ad religionem promissam, sed quò ludum in conditio, seu ad religionem promissam, non apponendo penam. Quando autem alius est sensus, dicam *numero sequenti*. Votum autem conditionale est, quando res promissa non promittitur quasi odiosa, & pena vindictiva, sed vel quasi contrahendo cum Deo, petendo ab ipso aliquid, & ad incitandum Deum offerri illi materia promissa, ut vel sic Deus indicatur ad rem illam operam concedendam; vel etiam non quasi contrahendo, sed suspendendo consensum in eventum alicujus conditionis, non apponendo rem promissam, ut penam vindictivam, & nullo modo electam, sed aut non apponendo ut penam, vel si ut penam, eligitur ut quasi medicinalis, & directè electa. Itaque conditionale est genus ad votum merè conditionale, & ad conditionale penale: utrumque enim est verè conditionale, cum in utroque suspendatur consensus usque ad conditionis eventum, & usque tunc non sit perfectus. At inter se differunt quò in voto verè penale voluntas nullo modo fertur directè in rem promissam, sed illam omnino ut odiosam, & penam vindictivam apponit, ut ejus timore arceatur. At in voto merè conditionali fertur voluntas directè in rem promissam, eligendo illam, vel in gratiarum actionem, & quasi retributionem beneficii obtenti: vel si eligatur quasi pena, eligitur directè, & quasi medicina. Quia omnia est non explicando, diximus *num. sequenti*, & c. 23, n. 1. Et ex his dictis, & ex dicendis *num. sequenti*, constabit magis hæc differentia.

82. Hinc deducitur, utrumque votum aliquando esse verè tale; aliquando autem tantum apparenter. Conditionale tunc est verè tale, quando particula, *si*, retinet suam naturam, quæ est impedire consensum perfectum, illumque suspendere in alicujus conditionis eventum. Tunc autem est tantum apparenter conditionale, quando particula, *si*, æquivalenter particula, *quando*; ita ut sensus sit, *quando hoc avertitur*. Tunc enim non est verè conditio, sed determinatio temporis implendi voti. Atque ita à principio est consensus perfectus, & absolutus, loquæ executio differtur. Verbi gratia, verè votum conditionale est, *si Deus me ab hoc peccato preserverit, vel si pater confiteri, promittit religionem*; vel *si quis voterit religionem, si talia peccata commiserit*, non ita vindictivam, & quasi odiosam, & nullatenus voluntam, imò fugiendam, sed tanquam medicinam, ut vitentur pericula in religione, & agatur penitentia peccatorum. Quia in duplici priori exemplo nil promittitur per modum penæ, sed vel in gratiarum actionem, & quasi per modum contractus vel per modum simplicis promissionis, dependentem tamen in utroque casu à conditionis appositione: in ultimo autem exemplo non apponitur per modum penæ vindictivæ, & nullo modo voluntæ, & ex affectu vitandæ obligationis, sed solum ex affectu vitandi peccati, & illis commissis eligitur id medium ad aptius illa cavenda, & agendam de illis penitentiam. Quare hoc ultimum votum est tantum apparenter penale, & verè est merè conditionale. Ut hæc ait Suarez *tom. secundo de religione, tractatu de voto, lib. 6, c. 23, num. ultimo*. Conditionale autem apparenter est, quando pater obicit, *promittit religionem*; sensus enim est, *quando pater obicit*. Atque is est communiter voti sensus, quando aliquis ex affectu ad rem promissam, illam vocat, & ob impedimentum prætedictæ dicitur voti executionem ad tempus, in quodlibet impedimentum cessabit. Ut in exemplo proximè explicato contingit. Quandoque autem particula, *si*, potest utrumque sensum habere. Verbi gratia, si quis morbo pressus, aut in alio periculo constitutus, vocat religionem, *si ex eo periculo evaserit*; duplex est potest voluntatis intentio, prior est, quasi contrahendo cum Deo, *si incolumiter*; in hoc periculo constitutus, & tunc particula, *si*, retinet suam conditionis naturam, & est votum verè conditionale. Posterior est, quando voluntatis animus est affectus omnino ad religionem; at defectus salutis, aut naufragium imminens impediunt, votetque religionem, *si incolumiter evaserit*, ita ut eius sensus sit, *quando evaserit*, & tunc est solum apparenter conditionale. At hic posteriori sensus non est in dubio præsumendus, sed prior est communiter accidentibus. Atque in posteriori sensu non esse verè conditionale, satis probavi *hoc libro 4, cap. 23, num. 1, & libro 8, de matrimonio, disp. 10, num. 4*. Atque quandoque potest esse sensus verè conditionalis in eo exemplo, *si pater obicit*. Ut *num. seq.* explicabimus.

83. Ex quo rursus infero, quid dicendum sit de hoc voto, quando frater natus minor promittit religionem, *si frater natus major habuerit filios*. Quamvis enim regulariter hæc vota

sint conditionalia; quia regulariter animus est inveniendi quasi pacti cum Deo. At in hoc exemplo considerata materia, & frequentè ita votentium uti particula, *si*, æquivalenter hinc, *quando*, vel *quam primò frater habuerit filios*. Non enim communiter intendit illic impetrare filium heredem fratri, sed sic limitat votum ad expectandam vixitatem, dii opportunitatem, ne domus sine successore relinquatur. Sed dicendum est hoc votum esse regulariter conditionale. Sed dicendum est hoc votum non constare. Quia regulariter non fit ex absoluto affectu ad statum religionis, imò frequentè sic votens desiderat conditionem non impleri, & malè succeller esse fratris: ita verè suspendit consensum ad id tempus. Nec est simile de hac conditione, *si pater obicit*, quia moraliter fit id votum ex absoluto religionis affectu, & quamvis non optat mortem patris, ut mors patris est; at vellet se abque impedimento esse, nec illam patris vitam amat desiderio mandem in sculo ductus. Atque ita hæc bene docet Suarez *eodem c. 22, num. 8*. Cui addo, quandoque etiam votum religionis, *si pater obicit*, posse esse verè conditionale, ut si non ex religionis affectu id vocatur sed quia votens videt se tunc patre destitutum, esse multis curis implicandam, aut laboriosam, & ærumbosam vitam ducluram: tunc enim non fit ex absoluto religionis affectu, & ita est affectus conditionalis. Et ita bene ait Suarez *ibi*, moraliter hoc votum fieri cum absoluto religionis affectu. Ex quo colligo in dubio intentionis, sic interpretandum ex communiter contingebit. Reducendo ergo ad prius votum, *si frater natus major habuerit filios*, potest esse votens intentio, ut verè ex puro, & absoluto affectu ad religionem eam vocat, & solum suspendat executionem propter vitandam domus incommoditatem, & tunc bene ait Suarez *ibi*, esse probabilis, id votum esse absolutum, & oppositum etiam defendi potest. Adde etiam bene oportere certitudinem esse de hac intentione, ordinandè fieri priori modo. Ex quo colligo, in dubio iudicandum priorè intentionem, & sic esse verè conditionale ex communiter accidentibus.

84. Hoc autem votum, *promittit castitatem, nisi frater sine filio moriatur*, est absolutum castitatis votum. Quia illa conditio non ponitur ad suspendendam consensum, & voti obligationem, quare si interin fornicatur, est voti transgressor; sed solum ponitur, ut terminus obligationis voti, quo accedente ejus obligatio extinguitur. At non est reservatum. Quia non est perpetue castitatis votum, sed temporalis. Et sola perpetue castitatis vota reservari, probavi *num. 48*. Atque utrumque docet optimè Suarez *eodem c. 22, nu. 9*.

85. Secundo præmittendum est, duplicem esse conditionem. Quædam est de præterito, aut de præsentī, ut *si hoc ita se habuit, aut ita se habet, promittit castitatem*; quædam verò est de futuro, ut *si hoc evenierit*. Rursus hæc conditio quandoque tacitè inest, aut ex dispositione juris illam votis adijcientis, ut contingit in votis personarum subiectarum alterius potestatis dominatiæ, quæ ab illa irritari possunt: quæ habere tacitam conditionem, *si superior consentiret, aut non contradiceret*, diximus *c. 25, num. 6, & 8*. aut ex natura rei, quæ petit illam ad voti executionem, ut *si viræro, voverit religionem*. Alia autem non tacitè inest, sed de necessario explicanda: quod contingit, quando nec ex dispositione juris, nec ex rei natura clauditur in votis, sed ex votens voluntate adijcitur. Ut *si navis venerit ex Asia*. Præterea quæ tacitè inest, potest dupliciter explicari priori modo, eo modo quo inest, quod contingit, quando nec in re, nec ex votens intentione, aliquid novam adijcitur conditionem: ut solent communiter homines, quando aliquid in futurum promittitur, adijcere, *si visceris, si Deus placuerit mihi vitam concedere*. Alio modo exprimitur ducto modo, quæ inest, ut si quis mortis timore ductus ob morbum præterentem, vel ob pestem ingratam, vel naufragium, vel ob aliam quamvis causam, promittat religionem, *si vivus evaserit*; quamvis enim in hoc posteriori casu possit ex intentione votens non explicari aliter, quam inest, sicut & in priori potest explicari aliter; quam inest, at ex communiter accidentibus; quando homo in nullo periculo constitutus eam conditionem exponit, censetur in dubio explicare priori modo, nempe, eo modo quo inest; at quando est in periculo, censetur explicare aliter, quam inest. Quia communiter non absolutè affectu id promittitur, sed per modum contractus, gratia inducendi Deum, ut incolumitatem concedat. Item etiam potest contingere in conditione, quæ ex juris dispositione inest, potest enim utroque modo explicari, & utro illorum explicatur, est iudicandum ex conjecturis, & circumstantiis occurrentibus. Si enim fides filius vel uxor, vel religiosus, sit votum promissam non posse exequi abque sui superioris licentia, explicet, *si consenserit, aut licentiam dederit*, conjectura sufficiens est, explicari conditionem illam eo modo, quo inest, indicans. Nil enim novum intenditur, quam ponere conditionem tacitè includam, ut executio voti licita sit, & ejus materia apta. Quando autem necessitas licentiæ ignoratur, aut animus sicut ad complacendum patri, & superiori, aut ad nil faciendum abque ejus approbatione, explicatur aliter, quam inest; & ita in hoc casu iudicandum est in dubio; est enim ea ignorantia, atque ea intentio satis persuadent.

86. Ultimo præmittendum est, conditionem de futuro, quamdam esse necessariam, ut *si sol græ orientur*; & quamdam contingentem; ut *si navis venerit ex Asia*.

87. His ergo præmissis, prior difficultas est de votis penalibus, an possit in eis Episcopus dispensare, quando sunt materia reservata. In qua questione constat primo, quod quædo hæc vota sunt absolute emissa, licet non ex ipsorum affectu emittantur, sed tunc valde odiosa, & ferè inephoricè eligantur ad vitandum dedecus, vel consequendos honores, nequit Episcopus in eis dispensare. Quia licet in causa impellente ad hæc vota reperitur imperficlio, at verè absoluta sunt, utpote quæ à nullo futuro eventu pendente, & voluntas directè tendit in materiam ipsam promissam, etiam cum quando repugnante, & nolitate, ut ita loquar. At quando vota penalìa sunt conditionalia voluntas non fertur directè in materiam promissam, imò illius obligationem cavere intendit, nec est voluntas perfecta circa illam, sed pendens ex futuro eventu. Adde imperficliorem in his votis reperitam non includi in ipso intrinseco vovendi actu, ipsaque voti natura, sed esse ipsi voto extrinsecam, nam voluntas, perfecta, & absolutè consensus præstat, eligens independentè ab illo eventu rem promissam. Quod licet contingit in votis conditionalibus penalibus, in ipso enim vovendi actu, ac subinde in eorum natura clauditur imperficlio consensus voluntatis, qui non perfectè in rem promissam fertur, sed dependenter à conditionis eventu. Quod à nemine negatur, & tradidi *lib. 8, de matrimonio, disp. 10, num. 9, & tradit Suarez, tom. 2, de religione, tractatu de voto, lib. 6, c. 23, num. 11*.

88. Secundo constat, nec posse Episcopum dispensare in votis penalibus conditionalibus, quando conditio est de præterito, aut de præsentī, ut *voverit religionem, in penam peccati, quod frater admisit, vel ante propositum admiserit, si fuit, vel est heres*. Quia conditio de præterito, aut de præsentī non suspendit consensum, nec impedit votum esse verè absolutum, & ita, vel tunc est omnino validum, si conditio ita se habet, vel est omnino irritum, si conditio non ita se habet, ac proinde consensus non suspenditur. Atque expressè hunc non esse actum conditionalem, habetur *l. cum ad presentem, & duplici sequenti, ff. si certum petatur*. Quare licet aliquis imperficlio in his votis inveniat, quia tamen non est talis, ac tanta, qualis, ac quanta in voto verè conditionali penali reperitur, nequit Episcopus in his dispensare. Constat etiam à simili, nam ratione imperficli consensus, deciditur *c. unico, de sponsalibus, in 6*, ex sponsalibus conditionalibus ante conditionis eventum non oriri publicam honestatem, quæ tamen oritur, quando conditio est de præterito, aut de præsentī, & est vera. Ut probavi *l. 7, de matrimonio, dispositione eo, num. 4*. Atque in hoc nulla est difficultas; & ita probavi *lib. 8, de matrimonio, dispositione 10, num. 14*. Et tenet Suarez *eodem c. 23, num. 9*.

89. Tota autem difficultas est, quando votum conditionale est penale, ac conditio est de futuro, ut *si iuluro promittit religionem, vel profero me non iulurum, postea religionem*. Quia in re triplex est sententia. Prima docet nequire Episcopum dispensare, ante, aut post impletam conditionem. Hujus sententiæ Auctores, & fundamenta retuli *lib. 8, de matrimonio, dispositione 10, num. 11*.

90. Secunda sententia docet posse ante impletam conditionem, non verò post. Hujus etiam Auctores, & fundamenta retuli eadem dispositione 10, num. 7, & ultra Docetores ibi relatores, eam tenent Leonardus *lib. 2, de iustis, c. 40, dub. 13, n. 106, casu 7, Azor, tom. 1, institutionum moralium lib. 11, c. 10, gn. 3, & c. 19, n. 13*.

91. Tertia sententia aserit posse Episcopum dispensare, ante, & post impletam conditionem. Quam ut reliquis probabiliores amplexus sum *lib. 8, de matrimonio, eadem disp. 10, num. 8, & nunc etiam amplexor, & præter Auctores ibi citatos, eam tenent Sayro in clavi regia lib. 6, c. 11, nu. 72, Petrus de Ledesma, tom. summa, tractatu 10, c. 8, in 3, p. ubi agit de po-tentibus in voto dispensare, post dictum 4, in dubio, quod ibi de hac re movet, Suarez, tom. 2, de religione, tractatu de voto, lib. 6, c. 23, nu. 1, juncto num. 6. Et dicit esse probabilem Leonardus *num. præced.* relatus. Et fundamenta contraria solvi *ea disp. 10, num. 10*. Ducoque, quod cum hæc reservatio sit odiosa, ac nimis restringenda, ut probavi *num. 25*, vota hæc tunc reservata censeri debent, quando sunt simpliciter rei servatæ, ut religionis, & c. At vota penalìa conditionalia non sunt hujusmodi, cum enim votum sit actus religionis, quo quis rem sibi gratam, & acceptam offert Deo in ejus cultum, id est simpliciter, & perfectè dicitur tale, quod ex vera, & directè rei promissæ voluntate oritur. At in votis penalibus conditionalibus nullus est affectus, nullaque voluntas directè rei promissæ in penam, sed potius hæc ibi proponit voluntas tanquam odiosam, & non vult eam, imò potius propositum habet, cauendæ ejus obligationis.*

92. Temperat autem hæc sententiam Suarez *eodem cap. numero ultimo*, ut intelligatur, quando apponitur pena tanquam vindictiva, secus quando apponitur, ut medicinalis, ut *si tale peccatum admiserit, voverit religionem*, non in vindictam, sed ut in ea vitæ occasione incidendi in peccata. Atque idem dicendum est, si actio penalis, & onerosa promittatur in gratiarum actionem, ut si quis vovet re-

ligionem, si à tali peccato præservetur. Sed neutra exceptio huic sententiæ quadrat. Quia in ea non agitur de votis merè conditionalibus, sed de votis conditionalibus, quæ penalìa sunt, & ipse fatetur *ibi* neutrum esse penale, sed merè conditionale, & prius est solum apparenter penale, ut diximus *num. 82*. Quare hæc vota sunt merè conditionalia, & ideo de illis dicendum est, sicut de reliquis votis purè conditionalibus statim dicemus.

93. Posterior difficultas est, an possit Episcopus dispensare in votis merè conditionalibus, id est, non penalibus rei reservatæ? Et quidem constat, quando vota non sunt verè conditionalia, sed tantum apparenter; nequire Episcopum dispensare, ante, aut post conditionis eventum. Quia sunt verè absoluta, ut dixi *num. 82*, ubi & exempla propoli. Quod probavi *lib. 8, de matrimonio disp. 20, nu. 13, in fine*. Et docent Petrus de Ledesma *2, tom. summa, tractatu 10, cap. 8, in 3, part.* ubi agit de potentibus in voto dispensare, post dictum 4, in dubio, quod *ibi* de hac re movet: Suarez, *concl. lib. 6, c. 12, nu. 6*.

94. Secundo constat, non posse Episcopum dispensare, quando conditio in eis expressa inest tacitè, atque explicatur eo modo, quo inest, & hoc fuit ante, siue post impletam conditionem. Quia hujusmodi conditio sic explicata non reddit votum conditionale, sed est omnino absolutum, quale esset ea conditio non explicata. Ut constat *l. 1, de conditionibus extrinsecis, c. l. aliquando, ff. de condition. & de monst. c. l. per hoc verba restantur, ff. de legatis 1*. Atque idem quamvis ex sponsalibus conditionalibus non oritur publica honestas, donec conditio impletur, at quando ea tacitè inest, & explicatur eo modo, quo inest, oritur statim. Ut probavi *libro 7, de matrim. disp. 69, num. 8*. Dixi quidem explicatur eo modo, quo inest: nam si aliter, quam inest, explicetur, reddit votum verè conditionale. Ut probavi *lib. 5, de matrim. disp. 1, num. 6, & ideo iudicandum est de illo voto, sicut de aliis votis conditionalibus statim sumus dicaturi*. Quando autem alterutro modo explicetur, diximus in hoc capite, in *nu. 85*.

95. Tertio constat, nec posse Episcopum dispensare, antequam post impletam conditionem, quando conditio est necessaria. Ut promittit religionem, *si sol græ orientur*. Quia cum ea conditio sit necessario eventura, habetur statim ac impleta, & ideo votum est perinde absolutum, ac si conditio esset de præterito, aut de præsentī. Ut probavi *hoc a. lib. c. 23, nu. 5*.

96. Ultimo constat, quando conditio est de præterito, aut præsentī non posse Episcopum dispensare. Quod constat ex dictis *nu. 88*.

97. Punctus autem difficultatis est, quando votum est verè conditionale, non penale, eo quod conditio sit de futuro, & contingens, nec tacitè inest. In qua re est triplex sententia. Prima ait, nec ante, nec post impletam conditionem posse Episcopum dispensare. Hujus Auctores, & fundamenta retuli *lib. 8, de matrim. disp. 10, num. 11*.

98. Secunda sententia docet, posse dispensare ante impletam conditionem, non tamen post. Hujus Docetores & fundamenta retuli *ea disp. 10, num. 12*. Et præter Docetores ibi relatores, eam tenent Leonardus libro secundo de iustitia c. 40, dubio decimotertio, *num. 106, casu 7, Sayro in clavi regia, lib. 6, c. 11, num. 77, Star, tom. secundo de religione, tractatu de voto, libro sexto, c. vigesimo secundo numero tertio, & num. undecimo*. Qui latissime eam probat, primo, quia est contractus fuerit à principio conditionalis, & imperfectus, ac impleta conditione, non minus absolute, ac independentè id votum obligat, quam si à principio id votum omnino absolute factum esset. *l. de iur. in fine principi, ff. qui in pignore potiores habeantur, ibi: Cum enim semel conditio extiterit, perinde habetur, ac si illo tempore, quo stipulatio interposita est, sine conditione facta esset*. Ergo sicut absolute extiterit, perinde habetur, ita emissum sub conditione, quando illa jam est impleta. Et confirmatur, quia in aliis contractibus non solum obligatio, sed etiam contractus ipse est æque perfectus conditione impleta, ac si abique conditione esset, ut patet in sponsalibus, & in promissione humana, &c. atque impleta conditione patiunt eodem effectus morales, etiam odiosos, & penales, quos absolute initi parerent. Et ideo excommunicatio lata in mandantes percuti clericum, vel monachum vendentes beneficia, incurritur à mandantibus sub conditione, aut vendentibus sub conditione, quando conditio non impleta sit percussio, & contumatur venditio. Secundo probat, quia cum obligatio sit effectus intrinsecus consensus, & voti, repugnat obligationem-impleta conditione esse perfectam, & æque ac si abique conditione esset, & consensus non esse similiter æque perfectum. Tertio probat quia dispensatio non cadit in votum, ut præterit, & jam non est, sed quatenus relinquat obligationem præsentem. Ergo postquam obligatio prætes est ita perfecta, ac si esset absoluta, erit æque reservata, ac hæc. Quod probat, quia in voto conditionalis nulla imperficlio est, præter consensus suspensionem, quæ tollitur conditione impleta. Ergo imperficlio ratione originis contracta, utpote quæ non est, minime dat jus Episcopo dispensandi in votis his. Et confirmatur, quia ille consensus respicit duo tempora, scilicet, prætes, dum non impletur conditio, & futurum, quo impleta est: & quamvis pro priori fit imperficlus, at pro posteriori perfectus est. At obligatio non oritur ex consensu, ut terminato ad tempus præcedens, sed ut terminato ad sub-sequens,

quens, in quo est impleta conditio. Quinto, quia imperfectio qualicumque illa sit, est impertinens ad reservationem. Nam votum religionis, etiam si fiat intuitu honorum, & commoditatum temporalium, & ex ea parte sit imperfectum ex parte motivi, est reservatum; quia imperfectio est in solo motivo, seu applicatione ad vouendum. At idem contingit in voto conditionalis, in quo est motivum vouendi sit minus perfectum, at consensus est plenus, & pro tempore, in quo posita fuerit conditio, est absolutus. Coniungitur enim ex parte conditionis transit in absolutum, & consummat contractum per solam obiecti mutationem. Et confirmatur, quia etiam motivum est imperfectum, quando votum sit sub conditione de praterito, aut de presenti, & tamen non impeditur reservatio, ut diximus n. 96. Ultimo probat, quia quando vota conditionalia sunt sub conditione impetrante aliquid a Deo, inquit quidam contra ducuntur Deo, factio, ut facinus, & maior ratio obligationis videtur in illo, quam in obligatione absoluta, & gratuita; ut similiter contingit inter homines. Ergo cum iam Deus ex parte sua impleverit conditionem, & non sit minus, quam in voto dispensare, ac si esset absolutum, imo & minus, quam si esset absolutum. Et ideo dicendum est vota hac conditionalia re reservata, esse perinde reservata impleta conditione, ac si essent absoluta.

99. Tertia sententia ait, Episcopum posse dispensare in his votis conditionalibus non solum auctore, sed & post impletam conditionem. Quam amplexus sum lib. 8. de matrim. disputat. 10. n. 13. Et ibi Doctores illius retuli, & scio viros doctissimos nostri temporis eam tenere, & eam quoque nunc tamquam probabilioram amplector. Ducor, quod ad discernendam Episcopi potestatem ad dispensandum in his votis, non sola obligatio spectanda sit, quae impleta conditione ex his confurgit; alia nec in voto pœnali rei reservata, post Episcopum dispensare impleta conditione, utpote quod tunc inquit absoluti obligat. Quod tamen est contra ipsam sententiam Suarez, & alios Auctores contrariae sententiae, sed in initium quoque, ac radix illius obligationis sunt attendenda, atque si ea a perfecta voti reservati natura, & perfectione deficit, poterit Episcopus dispensare. Quia etsi impleta conditione obligatio iam sit absoluta, at radix illius obligationis fuit imperfecta. Haec autem imperfectio invenitur in voto conditionalis, radix enim ejus obligationis fuit imperfecta voluntas a futuro eventu pendens, quae in ipsa obligatione quasi imbibita manet, semper enim est verum dicere ortam esse eam obligationem ex contenta quodam imperfectio. Ergo poterit Episcopus in eo voto etiam impleta conditione dispensare. Nec obstat, quod dicit Suarez, hoc esse argumentari ex re incerta ad rem incertiorum. Nam fautor tam in votis pœnibus, quam etiam in conditionalibus, esse incertam, & sub opinionibus hanc Episcopi potestatem ad dispensandum, ac sicut ex necessariis licet argumentari ad necessaria, ita ex probabilibus ad probabilia. Et ita quia ratione haec opinio admittitur, ut probabilior in votis pœnibus, est quoque, ut talis admittenda in conditionalibus. Quia, ut statim videbimus omnes rationes factae contra vota conditionalia, militat etiam contra pœnalia. Secundo, quia quavis majorum rationem potestatis dispensandi in votis pœnibus esse videam, quam in pure conditionalibus. At suo etiam modo in conditionalibus militat, & ideo retenta ea opinione in pœnibus, ob odium reservationis, & necessitatem illius restringendae, est idem dicendum in votis merè conditionalibus. Et confirmatur, quia si res attendit spectetur, non est praeciaratio, ut concedamus posse Episcopum dispensare in votis conditionalibus pœnibus impleta conditione, quod ea vota non ex directo affecta ad rem promissam orta sunt, imò cum desiderio vitandae obligationis illius. Quia sublata imperfectio consensus conditionalis, quantumcumque ex imperfectio reperitur in eis votis reservatis, necesse est Episcopum dispensare. Ut constat in voto, cuius conditio est de praterito, aut presenti, quam votens nullo modo velle ita esse, imò eam quasi impossibilem reputans, voverit sub illa religionem eò quod conditio illa non suspendat consentiam, sed ille sit absolutus, denegatur Episcopo potestas dispensandi. Ut ex omnium mente diximus n. 88. & 96. Et tamen tunc non fertur directa voluntas in religionem promissam, imò enim desiderat votens eam obligationem non contrahi. Atque eadem imperfectio reperitur sepe in votis pure conditionalibus, nempe, quoties votens desiderat conditionem non impleri, ut si quis odio plurimum noverat religionem profecturam, & tamen patri displicere, illam promittit sub conditione, si patri placuerit, vel tamen pauperem, & fordiam vitam, ac ignominiosam, illam promittit sub hac conditione, si mea facultatis naufragio perierint, vel si beneficium, quod consuevit intendi, non obtinuerit, & tamen in his votis, utpote merè conditionalibus dicit opposita sententia, non posse Episcopum impleta conditione dispensare, etsi enim haec non explicet, loquitur generaliter in omnibus. Ergo si illa ratione dicit, posse Episcopum dispensare in votis pœnibus impleta conditione, debet idem dicere in his votis. Eò vel maxime, quod religio promissa in his votis promissa sit minus voluntaria, quam in merè pœnibus, in illis enim conditionis eventus, ex quo oritur obligatio, eventus omnino contra voluntatem votentis, & toto suo conatu il-

lum impedire procurat, in pœnibus autem voluntariè admittit conditionem. Tertio, quia ipse Suarez, & multi ex Doctoribus contrariae sententiae admittunt votum impobens posse post pubertatem irritari a patre, quando post illam nulla voluntas confirmans accessit. Et reddunt hanc rationem, quod votum illud fuerit cum iudicii perfectione emissum, eaque impleta semper durat. Nam ab illo est praesens obligatio contracta. At idem videtur in casu praesenti, quia obligatio voti impleta conditione non oritur ex novo voluntatis actu, nullus enim talis est, sed ex praterito, qui non fuit ex plena deliberatione, & consensu offerenda illius rei Deo, sed quasi mercenariè, & dependenter ab eventui conditionis, atque haec imperfectio, quae in priori voluntate existit, manet semper in radice, semper enim est verum dicere obligationem praesentem ortam esse ex illa imperfecta voluntate. Quarto, quia ferè semper vota haec conditionalia non procedunt ex religionis, aut castitatis affectu, sed ex amore rei postea sub conditione, quam votens vobitè cupit, & ut facilius eam comparet, offert Deo ea vota, sicut nec vota penalia procedunt ex affectu rei promissae. Quinto, quia non videtur stare posse Episcopum dispensare in his votis conditionalibus ante impletam conditionem, & non post, ut dicit contraria sententia, sed illo concessio est hoc quoque concedendum. Quia cum dispensatio illa extinguit totum jus Deo quaesitum per votum, jus autem Deo ex voto conditionalis acquiritur, ut superetur conditionis eventus, & illo sanè impleatur votum, dispensatio illa fertur in utrumque tempus. Et ita videmus in humanis, eisdem solius esse auctore jus quaesitum alicui ex contractu conditionalis live ante, siue post impletam conditionem. Et ita Episcopus nec potest relaxare iuramentum conditionale factum homini, siue ante, siue post impletam conditionem. Et similiter si excommunicationis impletis adversus homicidas lata abolitionem sibi Pontifex reservaverit, & si sub conditio, si ne iuberet interficere homicidam, & iam id vitare nequit, si nec potest Episcopus post impletam conditionem, auferre illam censuram, supposito illam adversus mandantes etiam latam esse, ita nec potest dispensare, nec post impletam conditionem, & scilicet homicidam ea reservatio incurreret, quavis ea sit odiosa, utpote quae ius auctoris Episcopo abolendi ab excommunicatione, a qua iure ordinario potest, Tandem, quia omnia argumenta adducta nunc praecedunt, militat contra eadem sententiam Suarez, & aliorum Doctorum sententiam dicentem posse Episcopum dispensare in voto conditionalis pœnali, impleta conditione, & ideo in utraque sententia est necessarium illis satisfaciendum. Prima ratio ibi adducta idem probat in voto conditionalis pœnali; nam cum sit verè conditionale, impleta ea conditione est obligatio ita absoluta, ac si a principio absque conditione contracta eiset. Et ideo responderet impleta conditione, vota sine penalia, siue pure conditionalia esse absoluta quod ad vim obligandi, non tamen, quod ad radicem ex qua processere, est enim in illis imbibita ea radice imperfectio. Confirpatio etiam idem probat in votis pœnibus, nam contractus alii conditionales penales, impleta conditione sunt ita perfecti, ac si absque conditione eissent & pariter eisdem effectus morales etiam odiosos. Et ideo respondeo esse ita perfectos, quod ad vim obligandi, non ex ipso actu, sed ex voluntate aliena ortum habent. Nec obstat excommunicationem, & alias censuras habentes ortum ex voluntate humana aliena tunc incurren. Quia illa solam facti veritatem respiciunt, nempe, veram clerici possessionem, veram beneficii venditionem, quae impleta conditione verè reperitur. At reservatio votorum fecerunt, & conditionalium, respicit perfectionem voluntatis in his votis dicendis Deo, quae in sua radice est imperfecta in utriusque secunda etiam ratio aequè militat in votis conditionalibus pœnibus, nam si impleta conditione eiset in illis consensus perfectus, & absolutus, nequiret etiam Episcopus in illis dispensare. Et ideo respondeo negando eam repugnantiam, nam etsi obligatio sit effectus consensus non est opus obligationem absolutam oriri ex consensu absoluto, & perfectio, sed ex consensu conditionalis, & imperfecto oritur obligatio conditionalis, & imperfecta in principio, & ante eventum conditionis, absoluta autem, & perfecta post illum. Nam priori consensum immutato oritur huiusmodi obligatio, imò est tempore impleta conditionis votens ille mutat voluntatem, aut obierit. Velicundo responderetur obligationem a sui initio, ac in sua radice perfectam, debere oriri ex consensu perfecto, secus de obligatione, quae in sui radice fuit imperfecta. Tertia ratio idem profertur probat in voto pœnali conditionalis; ita cadere in votum absolutum, & proinde Episcopus dispensare non posset. Dicendum est igitur dispensationem cadere in obligationem praesentem, non quidem independentem a sui origine, sed dependenter, & cum illa fuerit imperfecta, non includitur sub reservatione voti perfectè absoluti, quale debet esse, ut censetur reservatum. Quarta etiam ratio, & sua confirmatio probat idem in votis

votis pœnibus, quia potissima ratio potestatis dispensandi in eis est, ea non esse absolute emissa, & cum quavis imperfectio, si absolute emittatur, sunt reservata. Ut satis probauimus. Et ideo dicendum est, imperfectio nempe ream in his votis non esse suspensionem consensus: hic enim neutiquam suspenditur, sed statim elicitur integrè ad producendam totam obligationem, iuxta temporum varietatem quare pro nullo tempore est absolutus verè, sed obligatio est, quae suspenditur, & pro temporum varietate consummatur, ad quam varietatem satis est ille consensus conditionalis. Quinta etiam ratio cum sua confirmatione militat similiter in votis pœnibus. Nam si ad reservationem est impertinens imperfectio in origine voti contingens, nequibit etiam in illis impleta conditione Episcopus dispensare. Et ideo negandum est eam esse impertinentem; nec est sola imperfectio in motivo applicante ad vouendum, sed est imbibita in ipso actu vouendi, & consensu, quae imperfectio fuit, nec deliberata ad rem promissam dicendam Deo dependenter a futuræ conditionis eventu. Nec obstat simile de votis, quando est conditio de praterito, aut de praesenti, quia similiter in votis pœnibus sub eisdem conditionibus nequit Episcopus dispensare. Ut n. 88. probauimus, ubi rationem differentiae tradidimus. Ultima etiam ratio idem probat in votis pœnibus per modum contractus emittit. Ut si quis petat a Deo aliquod beneficium, votens concessio gratiarum actionem non lasurum, quod si luserit, se in penam ingressurum religionem, & sic dicendum esset non posse Episcopum in hoc voto pœnali, dispensare; cum tamen adversarij concedant Episcopo potestatem dispensandi in omni voto pœnali, etiam impleta conditione. Quare respondendum est, cum Deo non iniri contractum illum, factio ut facinus, est enim de huius contractus ratione obligatio mutua. Sed si loquendum esset in huiusmodi contractum inter homines, non caderet dispensatio in id voto conditionale, etiam ante conditionem impletam. Quare quidvis sit de maiori, vel minori obligatione huius voti, quibus absoluti, est differentis ratio quod ad reservationem. Quod in absoluto non reperitur imperfectio, quae in conditionalis.

CAPUT XLI.

De Episcopi potestate ad dispensandum cum successoribus populi, in votis praedecessorum, & in votis factis in commodum tertii, absque illius consensu.

SUMMARIUM.

Quos difficultates evadenda sint? n. 1. An possit dispensare in votis pœnibus respectu emittentium, ita ut dispensatio ad hunc casum valeat? n. 2. Quia respectu aliorum eius communitatis, aut successorum? Refertur. An possit dispensare in votis pœnibus respectu aliorum eius communitatis, aut successorum? Refertur. Explicatur sententia Auctoris, & servuntur contraria, n. 4. An possit ipse populus communi consensu ea obligatione liberari? n. 5. Post n. 5. invenies summaria, quae desiderantur.

1. Duplex difficultas petitur in praesenti. Prior est de votis populi. Posterior de votis in fauorem tertii. 2. Prior difficultas est. Qualiter Episcopo integrum sit dispensare in votis populi, & iuxta quaeque communitatis. Et quidem, aut loqui possimus respectu ipsorum, qui votum emittunt, aut respectu reliquorum eius communitatis, successorumque. Si loquamur respectu ipsorum emittentium votum, constat Episcopum posse dispensare, non tamen absque iusta causa. Quia id votum non est ex quoque reservatis, cum tamen sit vera dispensatio in voto, exigit a sui valore causam. Et ita docet Suarez, tomo secundo, de religione, in tractatu de voto, libro 4. capite nono, num. undecimo. 3. Si verò loquamur respectu aliorum eiusdem communitatis, aut successorum, videtur Episcopum non posse dispensare, aut saltem non posse absque causa. Prius persuadetur, quod illi non est voti vinculo teneatur, sed ex vi illius a populo facti. Ut diximus hoc lib. 4. cap. 15. Posterior autem, quod ea obligatio ex vi religionis ortum haberet, ac consensus populi votentis fuerit causa principalis obligandi alios, ac transferenda ejus obligationis in successores, per modum statuti, quavis consensus Episcopi concurrerit tamquam conditio requisita ob firmitatem. Sicut in huiusmodi praerogativa legitime sitorum, est principalis causa ejus, quavis abique regia licentia subsistere nequeat. Ergo nequit Episcopus validè absque causa dispensare. 4. At iure optimo Suarez, relatus n. 2. dicit posse Episcopum dispensare, sicut potest in suis praecipuis, & in fessis a se iudicis; atque ita dispensationem fore validam, quavis absque causa fiat. Quia alii eius communitatis, & successores, non teneantur ex voti religione, sed ex statuto, ac Episcopi

scopi praeccepto, absque quo nullatenus obligari possunt. Ut diximus n. 15. atque ideo per dispensationem illam non tollitur propria voti obligatio, sed statutum quoddam Episcopi. Ergo poterit Episcopus in eo dispensare, sicut in aliis particularibus suis diocesis praecipuis, in quibus valida est dispensatio absque causa. Et confirmatur, quia, quavis ad felicitatem exigatur una cum Episcopo consensus populi, & clerici, c. Conventus de feris, id non obstat, quo minus Episcopus solus possit postea in eis dispensare, tamquam in sua lege. Quod etiam praxis probat.

5. Hinc deducitur, nec videntes, nec alios, nec successores, posse communi consensu hoc ab obligatione liberare. Quia illi teneantur ex voto, hiantem non statuto populi, sed Episcopi: Etsi populus quoque concurrerit.

SUMMARIUM.

An in votum emissum in tertii fauorem eadem dispensatio, & commutatio, absque illius tertii consensu? Refertur opinio, num. 6. Explicatur sententia Auctoris, n. 7. An id votum possit commutari propria auctoritate? n. 8. An delegata dispensandi, vel commutandi potestas, extendatur ad hoc vota? n. 9. Quid, si promissio non in solum Deum, sed in certam Ecclesiam, certumque pauperem dirigatur, ipsi absentibus? Refertur quaedam sententia, n. 10. Explicatur sententia Auctoris, n. 11. Quid, si promissio dirigatur in ipsum sanctum, cui Ecclesia dicitur? num. 12. Quid, si promissio non soli Deo, sed etiam certa Ecclesia, praesente illius rectore, aut certo pauperi praesenti fiat? n. 13. Quando censetur promissio fieri utroque modo, ita ut ius pauperi illi, vel illi Ecclesiae acquiratur? n. 14. An possit in eo voto dispensari, idque commutari, relicta promissione humana in sua vi? n. 15. An possit tunc Pontifex, & interduum Episcopus, aut praesens illius loci, remittere illam obligationem? n. 16. An quando promissio sit utrique simul, ac principalis auctoritas est in Dei honorem, subdatat id votum dispensationi, aut commutationi, absque illius tertii consensu? Refertur quaedam sententia, num. 17. Explicatur sententia Auctoris, n. 18. Quid in dubio huius intentionis? n. 19.

1. Posterior difficultas. An possit Episcopus dispensare in voto emisso in fauorem tertii, illudve commutare absque illius tertii consensu. Ut si quis promittat Deo se daturum certae Ecclesiae calicem, aut certo pauperi elemosinam, aut se ministraturum certo Xenodochio? Quibusdam pars negans placet. Ducuntur, quod ex eo voto jus accquiratur illi tertio, idque probant: nam votens potest ad illius tertii instantiam compelli votum id exequi, innotat per eum iudicis officio. Ut probavi hoc lib. 4. capite 11. Quod fieri non possit, nisi jus ad illam rem promissam acquireret. Secundo, quia favore causae pia valent donatio, & promissio in absentia facta, & absque acceptatione, & ius acquirat causa illa pia. Sicut tenet multi, quos retuli libro 1. de matrimonio, disputat. 6. num. 16. Et ideo hanc partem tunc tenent De Antonin. 2. p. titulo undecimo, cap. 1. §. ultimo, vers. De temporali substantia, Resilla in summa, verbo votum 5. num. 7. Raynerius, & Doctores, ut refert Sylvester num. sequenti citandus, Sarraceno libro de redditibus Ecclesiae, p. 4. cap. 3. numer. 3. & 4. Et in deservitio illius 1. p. monito septuagesimo primo, ubi dicit ex voto facto Ecclesiae acquiri ius ipsi Ecclesiae, posse autem Pontificem id votum commutare, ita ut commutatio respiciat illiusmodi Ecclesiae utilitatem, & non aliter. At quando locus pius esse indeterminate, aut posse Pontificem etiam contra votentis voluntatem habere arbitrium.

7. At multo verius est, posse in huiusmodi votis commutationem, & dispensationem fieri a praelatis Ecclesiae, absque consensu ipsorum, in quorum utilitatem cedunt; in hanc aliorum votorum, quae in solius Dei honorem sunt. Ratio est, quia cum huiusmodi vota fiant principaliter Deo, & in eius honorem, obligatio ipsi acquiritur, & ipse est proprie creditor; & Ecclesiae, pauperum tantum designantur, ut materia, circa quam is cultus est Deo exhibendus. Ergo ad illa reuocanda per dispensationem, aut commutationem, solus Deus, & praeterea eius vices gerentium consensus exigitur, sicut in aliis votis in nullius fauorem cedentibus. Secundo, quia (ut probavi hoc lib. 4. cap. 11.) non competit illi loco pio jus aliquod compelli per modum actionis, sed sola utilis actio implorandi officii iudicis, ut compellat votentem exequi votum. At quoties haec sola actio competit alicui, non dicitur haberi jus ad rem. Ut constat in fratribus Minoribus, qui ad legata illis relicta solvenda possunt implorare officium iudicis; cum tamen nullum jus ad ea comparent. Sicut utrumque probabo hoc tractatu lib. 7. agens de paupertate fratrum horum. Tandem, quia multò probabilis est, non acquiri jus locis piis ad promissiones, & donationes ipsis factas, donec acceptent. Ut probavi lib. primo de matrimonio, disputatio 6. numero 16. & ex his constat solutio ad rationes contrarias. Et confirmatur, quia (ut libro sequenti videbimus) omnia vota realia commutantur in rell-